



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

simplex & sine conditione, Ratio rationis est, quia quatenus conditio nuptiarum pendet ex insidiis fortunæ. fortuna potest obesse, sed si pendet ex facto alterius. Alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet. Ita Bal. d. l. legatum. & l. i. C. de legatis.

- 1 Fallit hæc regula in causa alimentorum, quia conditio mixta deficiens per casum, non facit deficere legatum alimentorum. Ita Bal. in l. i. C. de legatis, quia causa alimentorum est causa pia per tex. in l. mella. ff. de alim. & cib. legat. ibi pietatis intuitu, q̄ not.

REGULA LXV.

- 1 Legata debentur uenientibus ab intestato, licet hereditas non fuerit adita. ut l. i. & l. fi. C. de codicil. Tiraquel. in tract. de pœnis causa. 22. nu. 29. & uide Bar. in l. qui filio. §. i. ff. de hered. insti. & Ias. in l. nemo n. 28. ff. de legat.
- 1 Amplia. ut etiam locum habeat, in amicis testatoris. Ita q̄ legata etiam ipsis debeantur, licet hereditas non fuerit adita, ita Tiraquel. d. causa nu. 29. alleg. gl. 1. ff. in l. eam quam in uers. traditur circa medium, ibi decimo propter pietatem, & affectionem. C. de fideicom. & ibi Bal. in rep. d. l. eam quam. & l. i. col. 14. nu. 78. uers. super 9. q. dicit præditus doctor. C. de sac. sanct. eccle.
- 2 Amplia. etiam ut si legata essent relicta in codicillis. Ita Ias. in l. fi. col. fi. C. de codicillis. ubi dicit q̄ libertati directo in codicillis dari non potest confirmatis in testamento licet secus ab intestato, ita Petr. Duennas regula 15. prima ampliat. fol. 17.
- 1 Fallit in relictis ad pias causas ex testamento, uel ab intestato, nam illa confirmatur morte testatoris. secundum Bar. in l. i. col. ii. C. de sac. sanct. eccle. & late March. Mathes. sing. 162. nu. 4. Castr. consi. 389. Boe. q. 4. nu. 3. quòd not.
- 2 Fallit etiam nisi aliter per statuta ciuitatis prouideatur. secus.

secundum appofilat. in uerfi. legata circa Medi.d. fing.
 162. q. perpetuo not. sed uide mod. in l. eam quam C. de fi-
 deicom. 11. limit. & doct. in l. nemo potest. ff. de leg. i. Cast.
 confi. 389. uol. i. cum aliis.

3 Fallit quando filius est institutus hæres qui licet absti-
 neat. Attamen propter existentiam fuitatis sicut sustine-
 tur libertas: eodem modo sustinetur relicta ad pias cau-
 sas, proinde ac si hæreditas fuisset adita. Ita Bal. in auct.
 hoc amplius ij. col. de fideicom. Iaf. in d. l. eam quam nu.
 in eod. titul.

4 Fallit quando legatum concernit sepulturam testato-
 ris, uel sustentationem infirmorum, quia tunc non re-
 quiritur aditio ex quo res non recipit dilationem, secun-
 dum Bal. in d. l. eam quam in 3. col. Iaf. ibi in 3. limit. De
 fideicom. C.

5 Fallit in donationibus factis per testamentum in mor-
 tuario, seu ob causam mortis, ut est glo. not. in l. filia
 in uerfi. filia. in fine. C. famil. heresi. ubi non requiritur ad-
 ditio hæreditatis. secundum Ang. in l. ii. §. fin. ff. de usuca-
 pio, quod not.

6 Fallit etiam in multis aliis casibus, positus per Bal. An-
 ge. Alber. Bar. & Iaf. in d. l. eam quam. C. de fideicom.

REGULA LXVI.

1 Legatum per rei legatæ alienationem extinguitur: tex.
 est in l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. iij. §. sed etsi rem
 inst. de legat. & ibi Ang. Alex. confi. 157. nu. 1. uol. 7.

1 Amplia. d. reg. etiam si testator rem legatam pignora-
 uerit facto & ad instantiam legatarii. Ratio quia eo tunc
 res transit cum commodo & incommodo. i. cum onere &
 honore. ut l. cum pater. §. mense. ff. de legat. ii. q. secus est.
 si pignoraasset. pro facto alieno, quia hæres teneretur rem
 obligatam luere & legatario præstare. ut d. §. si rem. & ibi
 Bar. & doct. omnes. & Ang. in d. §. sed si rem. inst. de le-
 gat. num. 2. & no. Bar. in l. si tibi homo in princ. ff. de
 legat. i.

F 5 1 Fallit